Tuum Illuſtriſsimum parentem, grauiſsimum ac prudentiſsimum. omnium iu-
dicio, principem, verè Augustum, P. P. et Ecclesiæ nutricium in diu-
turna prosperitate conseruet. Matrem quoq; harum ditionum sere-
niſsimam parentem T. Illuſtriſs. C. idem propitius pater cœlestis suo po-
tentiſsimo præsidio tueatur. Nec non Tuum Illuſtriſs. Excels. Asylum
unicum nobis superesse concedat, omnibus tum animi tum corporis bonis lo-
cupletet, magis magisq; demq; confirmet. Bene vale Heros fortuna-
tiſsime. Dabantur Zigræ ex domo parentis die S. Michaëlis Arch-
angeli, qui unà cum exercitu suo inuictiſsimo perpetuò Tuæ Illuſtriſs. C.
aſsit. Anno nouiſsimi temporis CIↃ IↃ LXXIX.

Illuſtriſs. Excels. T.

Subiectiſsimus

Heinricus à Gunterroda.